Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

nobis. Misit enim ad me pro
uxoribus meis et filiis et
pro argento et auro. Dixerunt
que omnes maiores natu et
universus populus ad eum. Non
audias neque acquiescas illi.
Responditque ahab nunciis benadab
et dixit ad eos. Dicite domino
meo regi. Omnia propter que
ad me misisti servum tuum in ini
cio faciam. Hanc autem rem facere
non possum. Reversique nuncii
retulerunt ei. Qui remisit
et ait. Hec faciant michi dii
et hec addant si suffecerit
pulvis samarie pugillis omnis
populi qui sequitur me. Et rex
israel respondens ait. Dicite ei
ne glorietur accinctus eque
ut discinctus. Factum est autem
cum audisset verbum istud be
nadab bibebat ipse et reges
in umbraculis. Et ait servis
suis. Circumdate civitatem. Et
circumdederunt eam. Et ecce propheta
unus accedens ad ahab regem
israel ait. Hec dicit dominus.
Certe vidisti omnem multitudinem
hanc nimiam. Ecce ego tradam
eam in manu tua hodie ut sci
as quia ego sum dominus. Et ait
ahab. Per quem. Dixitque ei.
Hec dicit dominus. Per pedisequos
principum provinciarum. Et ait. Quis
incipiet preliari. Et ille dixit.
Tu. Recensuit ergo pueros
principum provinciarum et repperit
numerum ducentorum xxx duum.
Et post eos recensuit populum
omnes filios israel vii milia
et egressi sunt meridie. Be
nadab autem bibebat temulentus
in umbraculo suo et reges
xxx duo cum eo qui ad au

xilium eius venerant. Egressi
sunt autem pueri principum provinci
arum in prima fronte. Misit
itaque benadab. Qui ei nunci
averunt dicentes. Viri egressi
sunt de samaria. At ille sive
ait. Pro pace veniunt appre
hendite eos vivos sive ut
pugnent vivos eos capite. E
gressi sunt ergo pueri principum provinciarum
ac reliquus exercitus sequebatur
et percussit unusquisque virum qui
contra se venerat. Fugeruntque
syri et persecutus est israel. Fu
git quoque benadab rex syrie
in equo cum equitibus. Nec non
egressus rex israel percussit
equos et currus et percussit
syriam plaga magna. Accedens
autem propheta ad regem israel dixit
ei. Vade et confortare et sci
to et vide quid facias. Se
quenti enim anno rex syrie
ascendet contra te. Servi vero
regis syrie dixerunt ei. Dii
montium sunt dii eorum ideo
superaverunt nos. Sed melius
est ut pugnemus contra eos
in campestribus et obtinebimus
eos. Tu ergo verbum hoc
fac. Amove reges singulos
ab exercitu suo et pone
principes pro eis et instaura
numerum militum qui ceciderunt
de tuis et equos secundum e
quos pristinos et currus secundum
currus quos ante habuisti et
pugnabimus contra eos in cam
pestribus et videbis quod ob
tinebimus eos. Credidit
consilio eorum et fecit ita. Igitur
postquam annus transierat recen
suit benadab syros et as
cendit in afech ut pugnaret